consecrasset, habens in comitiva quosdam de suffraganeis episcopos, Inter
quos Episcopus monasteriensis dicitur affuisse, et dum post ecclesie dedi-
cationem ipse archiepiscopus una cum suis episcopis et familiaribus in
aula episcopali ad refectionem consedisset, fuissetque per officium archi-
episcopi ordinatum, ut navis prepararetur ad deferendum res necessa-
rias dicti episcopi monasteriensis: ministri quidam ad huiusmodi
exequendum officium deputati minus caute a) agentes, accedentes ad
Renum, navim cuiusdam mercatoris extranei ad huiusmodi opus
ministerii receperunt. Unde dictus mercator proclamans
in publico, per familiam archiepiscopi violenciam sibi factam, universum populum civitatis
ad tumultum concitavit. Tumultu igitur et vociferatione concitato in populo, totum
vulgus furore populari concurrens ad aulam ipsum archiepiscopum invadere crudeliter
minabatur. Dictus vero archiepiscopus ad ecclesiam confugiens sancti Petri, ibi se
conservare inter sanctorum pignora nitebatur, donec potuisset furor populi
mitigari. Sed ipsis crudeliter insistentibus et infra triduum non cessantibus a
tumultu et valvas templi observantibus, tandem vir sanctus quorumdam civium,
quorum erat mens sanior, auxilio per murum civitatis a domo ipsi muro
adherente fuit submissus, et per familiares eius extra exitum ab obsecrantes abductus,
taliter ab huiusmodi F auxiliante deo liberatus. a) Quid plura? cognita iam
per provinciam huius sancti viri contumelia, universus populus oppidorum,
urbium atque villarum circumquaque in ulcionem iniuriarum sui pastoris uno
spiritu concitati, concurrentes ad arma, civitatem Coloniensem per aliquot
dies obsederunt, donec civibus, qui huiusmodi fuerant auctores mali, eis traditis,
vindictam in eos, nesciente causam et ipso archiepiscopo nec consentiente, fecerunt,
plures ex dictis civibus privatis oculis excecantes. Verum post vindictam huius-
modi in dictos cives taliter factam vir sanctus memoratus in consciencia
apud seipsum, quod bonarum est mentium, ibi culpam timere, ubi culpa minime reperitur, et de
facto quamvis non suo, sed propter ipsum perpetrato multum penitens, Ad ultimum
accedens ad Coloniam, omnes cives in concione ad pacem et concordiam humiliter
invitavit, et sacra exhortatione alloquens, ad pacis et concordie unitatem
tatem. Insuper ad perfectum unitatis inipsis suis civibus vinculum
confirmandum, ipse sacra missarum solempnia celebrans, omnes tam
emulos quam comites communicavit a) sacramento corporis et sanguinis domini
nostri iesu christi, multa exhinc fomenta adhibens pietatis. Post-
modum accedens ad monasterium Sibergense, et cum fratribus religio-
sis tractans de verbo vite, et bonis operibus, elimosinarum orationum et
ieiuniorum insistens, regressus Coloniam, in b) pestem podagricam dextero pede in-
cidit et ubi occubuit, ibidem in domino feliciter obdormivit c) ~~anno domini~~
1075 ~~anno episcopatus sui 20~~, sepultus ibidem, tam in vita quam
post mortem multis miraculis choruscando. Porro post decessum huius
sancti viri, cum corpus eiusdem iam 108 annis iacuisset in sepul-
chro, translatum est corpus eiusdem per venerabilem Johannem presbiterum
et sancte Rome ecclesie cardinalem, et petrum Lunensem Episcopum,
et reverenter in capsa ad sanctuarium collocatum. Cuius tunc translationem deus, qui
semper est gloriosus in sanctis suis, novis miraculis decoravit, cum tamen multi
post mortem sanctitati sue detrahentes, ipsum dicerent fuisse ecclesia-
rum dilapidatorem, propter elimosinas quas fecerat, et civium suorum exce-
catorem. Nam ipsa nocte, dum translatio eius in monte fieret, nullo conscio, iamnis

6

de defici[...]

a) caute 2.

a) ~~blas 1.~~ F imminenti periculo

a) ~~causam 1.~~

a) comites ~~concitans~~ 1.
~~communes coicas~~ 2.
a) coicas 2. 3.

b) ~~et 2. 3.~~
~~regressus — occubuit desunt~~ 1
~~et anno — vigesimo~~

b) et 2. 3. regressus — occubuit
desunt 1.

c) anno domini 1075 anno episcopa-
tus sui ~~20~~ XX addit 2. 3.